Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 198

, 473.

Cod. CXCVIII.

Chartac: Fol: Loec: 13°. 2 3.11.

Commentarius in 51 priores psalmos.

Commentarius in priores quinquaginta, et unum psalmos. Absque ulla inscriptione in,cipit prologus: "Cum omnes prophetas Spiri,tus Sancti revelacione constet esse locutos." Finita glossa in psalmum 51 legitur: "et sic est finis hujus nocturni tercii." Hac inscrip,tione induci aliquis posset, ut Comentarii istius authorem crederet S. Thomam Aquin: quem constat exarasse Postillam super ter,tium Nocturnum psalterii, id est in pri,mos quinquaginta, et unum psalmos, ut ostendit Joannes Fr: de Rubeis in dissertat. critic: de S. Thoma Aq: pag 32 Legg: et Que,tif Script: Ord: Praedic: T. I. pag: 323. Sed collaturus editiones mox deprehendet errorem. Postea in eo eram, ut Ludolphi Saxonis, ex Domi,nicano Carthusiani opus suspicarer non medio,criter firmatus multis pericopis in prologo ad verbum usque sibi consonis. (a) Ast quae sub,sequuntur tam in prologo, quam in ipso commentario adeo a nostro Codice ms dis,tant, ut unum eundemque authorem illo,rum affirmare non ausim.

(a) Contulicum editione sine lo,co, do, et typogr: quae in Antiqq: typog: nostrae Biblioth: recen,setur p: 98.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 198

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27535

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)